



CONGREGATIO
DE INSTITUTIONE CATHOLICA
(DE SEMINARIIS ATQUE STUDIORUM INSTITUTIS)

SCHEMA

**AD RELATIONEM TRIENNALEM
DE UNIVERSITATIBUS FACULTATIBUSQUE
ECCLESIASTICIS CONFICIENDAM**

Cfr. Ordinationes, art. 8, 6 Constitutioni Apostolicae
« Sapientia Christiana » annexae

Notitiae referri possunt iuxta quod sequitur schema:

PARS I: ACTIVITAS ACADEMICA ET SCIENTIFICA

1. Auctoritates: Magnus Cancellarius, Ens cuius est Universitas vel Facultas.
Auctoritates academicae: personales, collegiales.
2. Index professorum iuxta varios ordines: eorum gradus academici, praecipuaque scripta typis edita, necnon eorum navitas scientifica, ecclesialis, culturalis mentione digna.
Professorum consociationes scientificae, religiosae, etc. et earum industria.
3. Officia academica: secretaria (secretarius); archivum (praepositus archivi), administri, etc.
4. Praecipui eventus in triennio: festa, celebrationes academicae, actus sollemniores, collatio graduum honoris causa, congressus, symposia, etc.
5. Scripta typis edita: commentarii, corpora librorum, libri, etc.

PARS II: ACTIVITAS DIDACTICA

1. Structura Athenaei: Facultates, Instituta, Scholae, Studia peculiaria, numerus professorum et alumnorum in singulis Facultatibus et Institutis.
2. Numerus universus graduum academicorum et diplomatum quae alumni consecuti sunt.
3. Index alumnorum qui Doctoris dignitatem consecuti sunt cum titulo dissertationis doctoralis; notetur an dissertatio typis edita sit.

PARS III: STUDENTES

1. Numerus universus ac numerus cuiusque anni Facultatis et Instituti iuxta varios ordines: ordinarii, extraordinarii, hospites; et iuxta eorum condicionem: natio, condicio ecclesialis, etc.
2. Discipulorum consociationes: scientificae, religiosae, artium studiosae, etc.
3. Subsidia oeconomica pro studentibus: annui redditus studiorum causa tributa, pensiones, stipendia.
4. Sedes: collegia, domus studentium, eorumque cura.
5. Cura spiritualis: actio pastoralis in studiorum Universitate, cappellanus, modi formationis moralis et spiritualis.

PARS IV: SUBSIDIA DIDACTICA

1. Bibliotheca: Bibliothecarius atque administri, commissiones; summa voluminum et commentariorum, incrementa bibliothecae singulis annis triennii allata. Bibliothecae pro studiis peculiaribus et consultatione.
2. Scientiae officinae, subsidia technica, audiovisiva, etc.
3. Pecunia quotannis in sumptus erogata.
4. Typographia, Libraria, earumque opus.

PARS V: CONDICIO GENERALIS

1. Iudicium et animadversiones circa spiritum generalem exstantem in Athenaeo, concursus actio membrorum Institutionis, notae ad disciplinam et condicionem moralem pertinentes.
2. Sociata opera cum aliis Athenaeis ecclesiasticis et civilibus; coniunctiones ad gradus academicos in foro civili recognoscendos, alii nexi.
3. Relationes cum Auctoritatibus ecclesiasticis, formae participandi vitam ecclesiam et evangelizationem.
4. Relationes cum Auctoritatibus civilibus: agnitio civilis Athenaei, agnitio graduum et diplomatum. Formae participandi vitam culturalem loci et nationis.

PARS VI: CONDICIO OECONOMICA

1. Annua ratio accepti (fructus patrimonii, tributa alumnorum, redditus ex Institutis, contributiones variae).
Annua ratio expensi (honoraria professorum et aliorum, expensae pro aedificiis, pro apparatu, varia).
2. Oeconomus, consilia et commissiones, modi inspectiones oeconomicae.
3. Status patrimonii Athenaei (bona immobilia, mobilia et alia), peculiare quaestiones oeconomicae.
4. Condicio aedificiorum: renovationes, novae accessiones.

PARS VII: ENTIA CONNEXA

1. Affiliationes, Aggregationes, Incorporationes, alia.
2. Iudicium circa observantiam normarum; collatio graduum academicorum et diplomatum (numerus).

PARS VIII: ALIA PRAECIPUA PROBLEMATATA

NOTA: Huic relationi addantur: exemplar historiae Athenaei typis editum; si desit, brevissime descripta historia iungatur; exemplar Statutorum vigentium; Annuarium.